

49

Viro Amplissimo et clarissimo

Dno. ANDREA MAYEK

S. p. d.

And. Celsius.

Soleo literas tuas proavine praeterita aestate scriptas ad
meas non pervenisse manus. Interim gaudeo adificium
observationibus coelestibus instituentis jam paratum esse.
Sed aperturam in tecto omnino postulat Instrumentum
transitorium, cujus usus in omni observatorio est pernecessa-
rius. Descriptionem hujus organi accuratam invenies in
optica Smithii. et in historia caelesti Monnierii.
Miror sane collegas tuas sententiam ferre potuisse de
iis maxime rebus, quas forte non satis perspexerint.
Sed spem mihi facis illam aperturam in ipsum fieri
en posse.

Quadrantem astronomicum, ea qua deest, accuratatione
divisum tibi fabricabit Dn. Ekstrom, sed eum non nisi circa

finem a' statis paratum fore promittit. Interea à Te,
 Vir humanissime, peto, ut pecuniam ad me transmittere
 ne graveris. Pretium instrumenti minimum erit 900
 thaler. curr. nostrae monetae, quod fere 50 ducatos au-
 reos vel 100 thal. imperial. in specie aequat. Si tamen
 70 ducati ex arario vestro erogari possent, quadrans
 utiq; evaderet perfectior.

Pro programma Leibniz benivole mecum communicatum
 gratias Tibi ago maximas. Observationes Cometæ à Cl.
 Dno. Bode factas lubens viderem. Summam Viri hu-
 manitatem mihi Lipsiæ præstitam grata prosequor me-
 moria. Vellem scire, num munere professorio Wittem-
 bergæ fungatur. Forte Hasiæ nuper defuncto successit.

Exissimavit sine Dubio Cassinus Cometarum theoriam
 tum demum Elementis astronomiæ inferendam esse, quan-
 do illorum motus eodem calculorum freno compescere
 nobis liceat, quo jam in planetarum locis computandis
 utimur. Quod quidem anno 1758 fieri posse, certo utiq;
 promisit Vir immortalis memorid' Hallejns.

Meas de Cometa novissimo observationes nondum Teum
 communicare potsum. Etenim micrometro mensuravi
 novi hujus sideris distantias à stellis sæpe exiguis, in quarum
 ascensionibus rectis et declinationibus, utpote in catalogo
 Flamstediano non adnotatis, determinandis jam totus
 occupor, instrumento transitorio à Dr. Ekstrom fabricato
 nuper instructus.

Non parum Societatem nostram Scientiarum Tibi obli-
 gares, si observationibus meteorologicis inspicuendis operam
 tuam commodare velles. Quod quidem in negotio methodum
 à Junno in Actis Anglicanis expressitam sequi haud inu-
 tile foret. Si vero Thermometrum meo modo in Actis
 Academiæ Scientiarum Stockholmensi tradito Tibi con-
 siliendum cures, eo certior tuas inter et meas observa-
 tiones heic Upsalid habitas fieri queat comparatio. Va-
 leas, Vir Amplissime, et me, ut coepisti, amare per-
 gas. Sabam Upsalid d. 25 Januarii 1743.